 rum consensus & conspiratio, conjura-  
 tio, rebellio.* 2. Sam. 15. *Et eras* הקשר, Targ.  
 מרדא *rebellio fortis.* E sa. 8. v. 12. *Ne dicatis* קשר,  
 Targ. מרד *rebellio, ad omnem cui dicit populus*  
*ille קשר rebellio.* Lxx. *σκληρὸν durum: legerunt*  
*ה קשה durum: ob literarum ה similitudinē.*  
 Ezech. 22. *conjuratio prophetarum ejus in*  
*medio illius.* Targ. סיעה *catus.*

III. Arab. קשר *caschfchar pellem aut corticem*  
*detrahit, decorticavit arbores, desquamavit pi-*  
*scem, excoriat, deglubuit.* P. Asl. אחקשר at-  
*caschfchar decorticatus, excoriat, desquama-*  
*tus fuit.*

קשר קשחא *quischfchara cortex, pellis, corium,*  
*squama, gluma, putamen, crusta ovi, pustula, fol-*  
*liculus: PLUR. קשור cuschur cortices.* קשורה  
*quischfchara alhaisch corium serpen-*  
*tis, exuvia, vernatio.*

קשר אלסליחה *casta lignea.*

קשורה *taqschira excoriatio, desquamatio*  
*pisces, decorticatio.*

קשר מוקשר *mucachfchar decorticatus, excoria-*  
*tus: in Avicenna.*

קשורה *caschfchar squamosus, pustulosus.*

קשת *Chald. קשה arcus. Verb. Chald.*  
*קשת jaculatus est: in קשה invenies.*

A Syr. קשתא *veritas: in קשת habes.*

קתת Rabb. קת *manubrium, capulus: item, ono-*  
*crotalus.*

קתא Arab. קתא *cheta, cum n̄ punctato, cum*  
*קטא convenit, cucumer sativus: PLUR. קתאין*  
*cucumeres. קתא אלחמאר cheta alhamar cucu-*  
*mer asininus, sylvestris.*

קתא *medica. קתא miqthi olus.*

קתל Arab. קתל *occidit, pugnavit: in קתל inve-*  
*nies.*

קתן Rabb. קתן *urceus, lagena: PLUR. קתנות ur-*  
*cei, lagena.*

B קתף Arab. קתף *pervestigavit. Rom. II. v. 33. Nec*  
*קתף pervestigabit vias ejus.*

קתור Syr. קתור *moram fecit: in קתור quare.*

Chald. קתור *petra, rupes: PLUR. קתורין* *petra.*

Rabb. *genus spina.*

Arab. קתורה *quathra pons, frustum, mem-*  
*brum, segmentum: PLUR. קתור quithar frustra.*

קתורה *cuthaira buccella, bolus. קתורה*  
*cithara.*

C QUADRATA.

קדום *securis: PLUR. קדומים, Foem קדומה se-*  
*cures.*

קדסול *talus pedis, aut crus: PLUR. קדסולים tali.*

קרקע *parvimentum. Rabb. קרקעות fundi, bona*  
*immobilia.*

קשקשת *squama: PLUR. קשקשות squama*  
*קשקשים squama lorica, lamelle ferrea, e quibus coa-*  
*gmentatur pectoralia, aut etiam clypeus.*

FINIS  
 LITERÆ KOPH.





# L I T E R A

## ר R E S C H.



**V**IGESIMA Alphabeti litera nominatur Chaldaicè ריש, Syr. ריש *rish*, Arab. راء *raa*. Est autem ריש vel ראש, Hebr. ראש *caput, occiput: quod figura* ר refert. ¶ Potestas ejus alia Orthographica est, alia Etymologica. ¶ In Orthographia valet r Latinum. ¶ In Etymologia semper est radicalis.

**ראה** tria significata habet. I. ראה, Rabb. רא Arab. راء & راي *raï vidit, conspexit, spectavit, observavit.* Gen. 29. *Et factum est, postquam رאה, Targ. ראה vidit Jacob Rahelem.* Gen. 45. *Ecce oculi vestri ראה, Targ. ראה vident.* Exod. 2. *והראהו, Targ. ראה & videbat cum infantem.* Arab. Gen. 1. v. 4. *ורא אלה אלנו ראה & vidit Deus lucem bonam esse.* Psal. 8. *ראה vidi caelos.* Psal. 114. *ראה vidit mare, & fugit.* Psal. 90. *ראינו vidimus mala.* Matth. 2. v. 2. *ראינו ראה vidimus mala.* Matth. 23. *ראינו ut videant homines.* ראה *videbunt.* Joseph. ¶ Per metaphoram transfertur, 1. à visu, qui est acutior reliquis, ad alios sensus exteriores, qui permutantur: & significat sentire, experiri. Ad olfactum. Gen. 27. *ראה, Targ. ראה vide, odor filij mei, sicut odor agri: odora. tecum loquitur.* Ad tactum. Esa. 44. *calui, ראה, Targ. ראה vidi ignem: sensu.* Jer. 17. v. 8. *Et non ראה, Targ. ראה videbit, si venerit astus.* Pl. 16. v. 10. *Non dabis sanctum tuum ראה videre foveam: experiri corruptionem.* Psal. 34. *Amans dies ראה ut videat bonum: ut bono fruatur.* Sophon. 3. v. 15. *Non ראה videbis malum amplius.* Targ. ראה timebis. quia in margine notatur legendum esse ראה timebis. Pl. 90. v. 15. **D** *Anni (quibus) ראה vidimus malum.* Tob. 4. *Multa pericula vidit propter te in utero.* Ad auditum. Exod. 20. v. 18. *Et omnis populus ראה, Targ. ראה videntes tonitrua, & lampades, & vocem tubae: audientes.* Sic, Apoc. 1. *videre vocem, qua loquebatur mecum.* ¶ 2. Ad sensus interiores, seu ad cordis & mentis oculos; & significat cognoscere, scire, intelligere, expendere,

**A** *considerare, cogitare, observare, attendere, animadvertere, curare, prospicere, providere, eligere.* Gen. 42. v. 1. *ורא, Targ. ראה & vidit Jacob, quod esset frumentum in Aegypto: cognovit.* Eccl. 1. *Et cor meum ראה vidit multam sapientiam & scientiam: intellexit.* Jer. 2. v. 30. *Vos ראה videte verbum Domini: attendite, intelligite, quid ipse dicat vobis.* Targ. ראה accipite. Lxx. ἀκούσατε audite. Gen. 41. *Et nunc ראה videat Pharaon virum prudentem & sapientem: provideat, curet, eligat.* Job. 37. *Non ראה videbit omnes sapientes corde: non curabit.* Ich. *wolst dich nicht ansehen.* Gen. 22. v. 11. *Deus ראה videri sibi ovem ad holocaustum, mi fili: providebit, curabit, eliget.* Targ. ראה קדם ייגלי *coram Domino manifesta est.* 1. Sam. 16. *Quia ראה vidi inter filios ejus mihi regem: providi, elegi.* Pl. 64. *Dicunt, quis ראה videri eis? providebit.* 1. Reg. 12. v. 16. *ראה videri domum tuam, o David.* Targ. ראה על אנשי ביתך *consule super virum domus tuae.* Targ. ראה פאסע *legerunt cognationem.* Gen. 20. v. 20. *Quid ראה, Targ. ראה vidisti, quod fecisti rem istam? quid cogitasti? quid visum est tibi?* 2. Sam. 15. v. 27. *הראה אהה si videtur tibi, revertere in urbem.* Eccles. 1. v. 16. *ראה ולבי ראה considerastis.* Hof. 9. v. 10. *ראה vidi patres vestros.* Tar. ראה dilexi. ¶ 3. Ad visionem spirituales seu prophetiae. Esa. 30. *Qui dicunt ראה ad videntes, ne ראה videatis.* Targ. ראה לנבייא *ad prophetas, ne ראה prophetetis.* Quod prophetia per visionem fiat. Ezech. 1. *וראה מראות & videbam visiones Dei magnas & terribiles.* Joel. 2. *Juvenes vestri visiones videbunt.* Hof. 9. v. 13. *O Ephraim, quemadmodum ראה vidi super Tyro plantata in loco ameno. Quemadmodum vidi in visione prophetica Tyrum, quae est plantata in loco ameno, quod vastabitur: sic ego video Ephraim, quod producet ad occisionem filios suos. Sicut Tyrus vastata est, ita & Ephraim vastabitur.* ¶ Porro constructum cum ראה in, usurpatur in bonum & malum. In bonum, sign. *videre aut spectare optata cum voluptate. Itē illudere & cōtemnere, subsannare.* Psal. 118.

Pfal. 118. vers. 7. *Et ego videbo in A*  
*osforibus meis.* Targ. *אחמי פורצנותא* *videbo ultio-*  
*nem.* Psal. 22. *ויראוני* *videbunt in me.* Targum  
*מבון לי* *contemnunt me.* Psal. 54. vers. 9. *In ho-*  
*stibus meis ראה* *vidit oculus meus.* Targum  
*addit, נקמתא* *vindictam.* In Malum signifi-  
*cat, spectare ad versa cum tristitia & dolore.* Gen.  
 21. vers. 16. *Ne אראה*, Targ. *אחוי* *videam in*  
*morte pueri:* Ne cum dolore spectem ejus  
 mortem. Genes. 44. *Ne forte אראה*, Targ.  
*אחוי* *videam in malo, quod eveniet patri meo.*  
 Etiam absolutè. Esa. 53. *Post laborem anima*  
*sua נראה* *videbit, saturabitur.* Videbit bonum,  
 quo saturabitur. 2. Paral. 26. *בראה* *cum ti-*  
*meret Deum.* *ביראה*, à *ירא* *timuit:* permu-  
 tata significatione ordinum. Erudientis  
 in timore Dei. Junius notat se reperisse in  
 manuscripto *ביראו* *in timoribus.* Et sic le-  
 gere R. Salomonem. Genes. 50. vers. 15.  
*ויראו* *& viderunt fratres Josephi, quod mortuus*  
*esset pater ipsorum.* Hieron. *timentes.*  
 Niphāl *נראה*, Arab. *נראה* *visus,*  
*conspectus fuit, apparuit.* Genes. 1.  
*וחראה*, Targ. *וחרחוי* *& conspiciatur arida.*  
 Genes. 8. *נראו*, Targ. *אחרחוי* *visa sunt cacumi-*  
*na montium.* Genes. 18. *וירא* *& visus est ad*  
*cum Dominus.* Targ. *ואתגלי* *& revelatus est ei.*  
 Arab. Matth. 2. *Angelus Domini חרא* *apparuit*  
*Josepho.* Psalm. 17. *אחרא* *apparebo coram facie*  
*tua.* Coloss. 1. vers. 15. *Qui non חרי* *videtur.*  
 Galat. 5. *לאחרחון* *ne sentiat aliud.* Pual  
*ראח* *idem.* Job. 33. *Contrita sunt ossa mea, nec*  
*ראו* *conspecta sunt.* Hiphil *הראה*, Arab. *ארא*  
*ostendit, demonstravit, videre sivit.* Genes. 48.  
*Et ecce הראה*, Targ. *אחוי* *videre sivit me Deus*  
*etiam semen tuum.* Psalm. 4. vers. 8. *Quis יראנו*  
*?* Targ. *יחמנא*, Arab. *ירינא* *ostendet nobis bo-*  
*num?* ut bonis fruamur, efficiet. Psalm. 60.  
 vers. 5. *הראה*, Targ. *אחמית* *ostendisti populo tuo*  
*durum:* exhibuisti, intulisti. Psalm. 59. vers.  
 11. *ויראני* *videre faciet me in hostibus meis.* Targ.  
*אחמיתא* *ostendet mihi ultionem.* Psal. 71.  
 vers. 20. *הראהני*, Arab. *אריחני* *ostendisti mihi*  
*tribulationes.* Genes. 12. *In terram, quam אראך*  
*?* Arab. *אראך* *monstraverò tibi.* Matth. 4. v. 8.  
*& ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum.* Alc. 2.  
*ארינארה* *איאתנא* *domine, ostende mihi.* Hophal  
*הראה* *ostendimus ei signa nostra omnia.* Hophal  
*הראה* *videre factus est.* Exod. 26. *Quod אחיותא*  
*videre factus es in monte.* Hit hpaël *החראה*  
*vidit se invicem:* de acie, *preliatus est, pugnavit.*  
 Genes. 42. *Dixit Jacob filijs suis, cur חראו*  
*?* Targ. *חראו* *videtis vos*  
*mutuo?* aspicitis vos, acsi essetis saturi. Lxx.  
*παιγνισθησθε* *pigri estis: cunctamini.* 2. Reg. 14.  
 vers. 8. *Veni נהראה פנים* *videbimus nos facie.*

scilic. ad bellum. Targ. *בקרנא* *ob-*  
*vertemus facies in bello:* confligemus, osten-  
 demus fortitudinem nostram super e-  
 quis ad pugnandum. Sic in Kal: 2. Reg.  
 23. vers. 29. *Et occidit eum in Megiddo בראחו*  
*postquam vidit eum:* postquam pugnavit  
 cum eo.  
 Nom. *ראה* *videns, propheta,* qui futura vi-  
 det & prædicit: Plur. *ראים* *videntes, prophe-*  
*ta.* 1. Sam. 9. vers. 9. *Venite, & ibimus ad הראה*  
*videntem, qui propheta hodie, appellabatur olim*  
*הראה* *לראים* *ad*  
*videntes, ne חראו* *videatis.* Deinde, *ראה* *visio,*  
*prophetia.* Esa. 28. vers. 7. *Errarunt בראה* *in vi-*  
*sione:* in prophetia.  
*ראי* *idem.* 1. Sam. 16. *וטבראי* *& bonus*  
*visu.* Job. 33. *Deficiet caro ejus מראי* *à visu:* Ex-  
 haurietur, ne videri possit. Gen. 16. vers.  
 13. *Et vocavit nomen Domini loquentis ad eam,*  
*tu es אלאי* *Deus visionis: quia dicebat, an etiam*  
*hic ראיתי* *vidi אחריראי* *post visionem?* aut vi-  
 dentem me. Sic vocat Deum omnia vi-  
 dentem & cognoscentem, adeo ut nihil  
 ipsum lateat. Targ. *אתה הוא אלהא חוי כלא* *tu*  
*es Deus videns omnia: quia dicebat, an etiam hic*  
*ego cæpi videre, postquam אתגלי לי* *revelavit se*  
*mibi?* Significatur Deus videns afflictio-  
 nes nostras. vers. 14. *Propterea vocatur puteus,*  
*puteus viventis ראי* *visionis.* Targ. *אחוי*  
*עלה* *qui apparuerat juxta eam.* Idem sunt *ראה*  
 & *ראי*, literis הי permutatis.  
 Arab. *רוינא* *visio, somnium.* Cap. Israël:  
*visionem, quam ostendimus tibi: somnium.*  
 Rabbin. *חכמת הראיות* *perspectiva.*  
*החראה* *probatio.*  
*ראי* *speculum, quod intuentur fœminæ,*  
 cum se ornant. Job. 37. *Extendens cum eo nu-*  
*bes solidas כראי* *ut speculum fustum.* Speculo  
 comparat colorem nubium, ob clari-  
 tatem.  
*ראה* *vultur: ab acumine visus.* Deut 14.  
 v. 13. *והראה* *& vulturem.* Targ. *ובכתנפא*  
 quo habetur, Lev. 11. vers. 14. *הראה*, Targ.  
*והראה*, ob literarum דר similitudinem.  
*ראו* *visio.* Eccles. 5. *ראו עיניו* *oculorum.*  
*ראו* *visiones.* Esa. 42. vers. 19. *ראו*  
*visiones sunt multa, & non observabis.* 2. Paral.  
 26. *Qui intelligebat בראה האלהים* *in visioni-*  
*bus Dei.*  
*מראה*, Foem. *מראה* *visus, visio, aspectus,*  
*forma, facies:* Plur. *מראים*, Foem. *מראות* *vi-*  
*siones.* Genes. 12. *Quia fœmina pulchra מראה*  
 Targ. *ראו* *visu tuus.* 2. Sam. 23. *Et percussit Ae-*  
*gyptium איש מראה* *virum visus: præditum*  
 magna

magna facie aut persona. Ezech. i. מראור. A  
 visiones Dei: magnæ & terribiles. ¶  
 Deinde, מראוח specula. Exod. 38. v. 8. Et facie-  
 bat labrum areum במראוח, Targ. במחויח in vel  
 ex speculis militantium. Ex speculis, quæ mu-  
 lieres Deum colentes, spretâ mundi va-  
 nitate, Domino sponte offerebant. Non  
 enim illis opus habebant amplius ad sese  
 ornandas. Hier. de speculis mulierum, quæ ex-  
 cubabant. Hof. correxit: e regione (mulierum)  
 militantium. sed malè. Accepit pro מראה  
 visus. I. Rabb. מראה כלי instrumentum visionis, speculum.  
 non intuentur in speculum B  
 in sabbatho. & נראה manifesta.

Arab. מרי miri, & מראה speculum: Plur.  
 אמריא amriâ specula.  
 אמריה amriâ specularium, specillum, conspi-  
 cillum.

PROPR. ראובן Ruben, filius Jacobi. Gen.  
 29. v. 32. & appellavit nomen ejus ראובן Ruben:  
 quia dicebat, quod ראה יהוה בעניי vidit Dominus  
 in afflictione mea. ut sit רא ex ראה vidit, ו ex  
 יהוה Dominus, & בעניי in afflictione mea. C  
 Inde tribus Ruben, & ראובני Rubenites, qui  
 est ex illa tribu.

II. רא, Chald. רעי sterces, visu abominabile,  
 sordes. Nah. 3. v. 6. Et posui te כראי tanquam ster-  
 cus. Targ. לעיני כל חור מבטרא sedatam coram o-  
 culis omnium te videntium. Lxx. eis ראי מראה  
 Hier. in exemplum. Acceperunt pro ראי spe-  
 ctaculum. & מראה: Lev. i. v. 16. Et remo-  
 webit מראחו sordes ejus. quæ sunt in ventri-  
 culo avis. Targ. ופקה vesicam ejus. quæ est  
 in gutture avis tanquam ventriculus. & D  
 Zophon. 3. v. 1. מראה inquinata & polluta.  
 pro מראה paul Hiph. Lxx. פאריס illustri:  
 conspicua: à ראה vidit. Chald. Psalm. 83.  
 Erunt sicut רעי sterces super terra.  
 דמן Targ. ורעי vas in quo pueri exonerant absum.

III. ראה vidit, visum est, dignus, conveniens  
 fuit. Numer. 35. בלא ראה, Targ. בחי בלא  
 indignè.

ראוי dignus, aptus, conveniens: Plur. ראיות  
 digna. Esther 2. ut darentur ei septem puella  
 הראיות, Targum רחון digna: concubitu  
 digna.

ראוי עליך שחרע dignus scitu. ראוי לדעת E  
 debes scire. ראוי necessarius. & ראיתי vidi, visum  
 est mihi. & מראים astimantes. & התראה de-  
 monstratio, argumentum, opinio, dubitatio. &  
 ראיה aspectus, evidentia, ratio: Plur. ראיות ra-  
 tiones. & ראיה probavit, amplexus est.

ריה & ריאה, Syr. ריחא vel ריחא, Arab. ריאה  
 ria pulmo.

Chald. רויה, & רויה, Arab. רויה ruja  
 visio, aspectus, forma, apparentia.

Arab. ראי rai cogitatio, affectus, consilium,  
 sententia, opinio, mens.

ראיה raja signum, vexillum: Plur. ראיות ra-  
 jat signa, vexilla.

ראיי raj simulavit.

ראיי muraj simulator, hypocrita: Plural.

ראיינ murajin hypocrita.

ריה, & מראה simulatio, hypocrisis.

ראם, idem quod רוים, altus, exaltatus  
 fuit. Zachar. 17. וראמה & exaltabitur, & habi-  
 tabit sub ea.

Nom. ראם & ראים, Chald. ראים & ראים ani-  
 mal habens unum & altum cornu in fron-  
 te, unicornis: Plur. ראמים & ראמים, Chald.  
 ראים & ראים, Targ. ראים ראים  
 ראים ראים, sicut unicornis, robor ejus. Job. 39. An volet ראים,  
 ראים ראים, Targ. ראים ראים unicornis servire tibi? Deut. 33. v.  
 17. וקרני ראם & cornua unicornis, cornua ejus.  
 pro ראים unicornium: non enim habet u-  
 nicornis, nisi cornu unum. Est autem uni-  
 cornis, pullo equino, triginta menses na-  
 to, haud abfimilis. & ראים sponte  
 cornu unicum, longitudine trium cubi-  
 torum. Coloris est idem animal equi mu-  
 stellini: caput cervi instar, collo non ob-  
 longo, rarissimæq; jubæ, ab altera parte  
 solum dependentis. Tibias habet tenues  
 easq; graciles admodum, hinnuli modo,  
 caprinos ferè pedes. Judæi vocant ראים  
 thier: à colore mustellino. In Scriptura de-  
 signatur, 1. à cornuum eminentia: Psalm.  
 32. 2. à robore: Num. 22. 3. à ferocia indo-  
 mabili: Job. 39. vide.

ראמות corallia. & pro 1.

ראס. Arab. ראס ras caput. vide in ראש se-  
 quente.

ראש. Inde ראש, Chald. ראש, & ראש, & ראש,  
 Syr. ראש, Arab. ראס ras caput. Plur. ראשים  
 & ראשים, Chald. ראשן & ראשן, Syr. ראשן, A-  
 rab. ראס rus & ראס rauvas capita. Gen. 3. Ipsum  
 conteret te ראש caput: in capite, ellipsis. Lev.  
 4. Et sustinebit manum suam super ראש, Targ.  
 ראש capite juveni. 2. Sam. 13. Et erat super ראש  
 capite Davidis. Erat suspensa super caput e-  
 jus, cum federet super throno. Jud. 5. v. 30.  
 Divident spolia, puellam, puellas duas, & ראש  
 caput viri: cuilibet viro, singulis. Numer.  
 6. Et contaminabit ראש caput separationis sue.  
 pro ראש capillum capitis: defectus ex  
 sensu apparet. Partes ראס capitis, in A-  
 vicenna sunt: 1. ראס capillus. 2. ראס  
 3. ראס caro. 4. ראס panniculus. 5. ראס  
 cranium. 6. ראס אלעשא אלעשא panniculus du-  
 rus. 7. ראס אלעשא אלעשא panniculus tenuis.  
 8. ראס cerebrum. 9. ראס ראס duo pan-  
 culi sub





*filiorum Israël.* Targ. חושבן numerum. Lxx. A  
 συλλογισμὸν computationem. Num. 1. vers. 2.  
 Tollite ראש caput. Targ. חשבן summam. Lxx.  
 ἀρχὴν principium. principatum. Acceperūt  
 significatione secunda. Psal. 139. v. 17.  
 Quam preciosa sunt cogitationes tuae, Deus: quam  
 הם עצמו ראשיהם in valuerunt capita earum. Lxx.  
 λίαν ἐνεργηθῆσαν αὐτῶν αὐτῶν, Hier. ni-  
 mis confortati sunt principatus earum. Targum  
 ורבו חזקתו ורבו חזקתו confortati sunt principes eorum.  
 Gen. 40. Accipiet Pharao ראש caput tuum.  
 Targ. ויזכור ידברך recordabitur tui. Ibidem. Et acci-  
 piebat ראש caput principis pincernarum, & ראש  
 caput principis pistorum, in medio servorum suo-  
 rum. Targ. ויאמר & recordatus fuit: numerab-  
 bat eos. ¶ Per Metonymiam, ראש venenum,  
 quod capiti aut dentibus serpentis seu a-  
 spidis in est: pro ראש. Deuter. 32. ראש &  
 caput aspidum crudele. DE inde, venenum her-  
 barum, venenum ex herba expressum,  
 herba venenata, ut cicuta, aut alia ejusmo-  
 di: vel amara, ut absynthium. Deut. 29. v.  
 18. Radix fructificans ראש fel & absynthium.  
 Jer. 9. v. 14. Et potavi eos ראש מי aqua fellis: a-  
 qua expressa ex herba ista, quae ראש vo-  
 catur. Targ. כסר לוט ביש ברישי חון calice male-  
 dictionis malo, sicut capita serpentum. Hof. 10.  
 vers. 4. Et germinabit בראש sicut fel iudicium,  
 super sulcis agri. Citò super sulcis agri pullu-  
 lat, & brevi totos agros ex tenui admodum  
 initio occupat. Hieron. Herba calamo simi-  
 lis, quae per singula genicula fruticem sursum, &  
 radicem mittit deorsum, atq. ita brevi tempore to-  
 tos agros vepribus similes facit. Amos 6. v. 12.  
 Quia vertistis ראש לראש in fel iudicium, & fructum  
 iustitiae in absynthium. Targ. וירש חון בישן in  
 caput serpentum malorum. Psal. 69. Et dederunt  
 in cibo meo ראש toxicum, & in siti meo potarunt  
 me aceto. Targ. מרירות רישי הרמנין fel caput a-  
 spidum. Matth. 27. Dederunt ei acetum bibere  
 cum felle mixtum. ¶ Per Metaphoram, ama-  
 ra & acerbata afflictio. Thren. 3. Memento affli-  
 ctionis meae & exilij mei, לענה וראש absynthij &  
 fellis. duæ species herbarum amaræ. Deut.  
 32. ראש רוס fellis. & omisso.

ראשון primus ordine, di-  
 gnitate, prior tempore: Plur. ראשונים  
 primi. Foem. ראשונה, ראשונה, ראשונה  
 prima: Plur. ראשונות. Gen. 8. v. 13. Et fa-  
 ctum est in sexcentesimo primo anno, בראשון  
 Targ. בקדמה in primo, in uno mensis: in pri-  
 mo mense, primo ejus die. Exod. 12. בראשון  
 in primo, in decimo quarto die mensis. Targum  
 בניסן in Nisan. Ibidem. Septem dies azymos com-  
 edetis, verum in die הראשון primo abolebitis  
 fermentum ex domibus vestris: die, qui illis  
 septem prior est. Joël. 2. Et pluviam seroti-

nam בראשון in primo. Targ. בירח ניסן in mense  
 Nisan. Ezech. 30. Et factum est in undecimo an-  
 no, בראשון in primo. In mense primo, qui e-  
 rat Nisan, quo redemptus fuit Israël ex  
 Aegypto. Gen. 25. Et exiit הראשון, Targ.  
 קדמאה primus ruffus. Jos. 21. Quia vobis erit  
 fors ריאשונה prima. ¶ Absolutè, pro principio.  
 Gen. 28. Luz nomen urbis לראשונה, Targ.  
 בקדמין prius: olim. Genes. 13. Ad locum alta-  
 ris, quod fecerat ibi בראשונה, Targ. בקדמיהא  
 in principio: prius. 1. Par. 15: 13. Quia למבראשונה  
 quare in principio non vos? quare non fuistis  
 in principio, cum portaretur arca ex do-  
 mo Abinadab: ideo rupit Deus in nobis.  
 pro למבראשונה. Et ב subintellecto: Ge-  
 nes. 33. Et posuit ancillas, & liberos earum  
 ראשונה, Targ. בקדמיהא (in) principio. Num. 2.  
 ראשונה, Targ. בקדמיהא in principio profici-  
 scentur. ¶ Est & prior honore, gratia, dignita-  
 te. Esther 1. Sedentes ראשונה, Targ. בדרגה  
 קדמיהא in gradu primo: qui erant primi &  
 proximi regi dignitate. Dan. 10. Michael u-  
 nus ducum הראשונים primorum: magnatum.  
 sicut & השר הגדול princeps magnus vocatur.  
 Esa. 41. הראשונות priora quid sunt?

ראשית, Arab. ראשית, Syr. ראשית & ראשית  
 principium temporis, ordinis, numeri & di-  
 gnitatis, præcipuum, primitivum, primitia, ori-  
 go, initium. Genes. 1. בראשית in principio crea-  
 vit Deus caelum & terram. In primo rerum  
 omnium creaturarum exordio. Targ. בקדמין  
 in prioribus: antiquitus. Marc. 13. Quales  
 non fuerunt ab initio creaturae, quam condidit  
 Deus. Prov. 1. Timor Domini, ראשית, principi-  
 um scientia. quod interpretatur, Prov. 9.  
 תחלה חכמה initium sapientia, timor Domini.  
 Deuter. 18. ראשית, Targ. ראשית, principi-  
 um frumenti tui, musti tui, olei tui, & ראשית, & prin-  
 cipium velleris ovium tuarum, des ei: primos  
 fructus ex agro susceptos, primitias. Deut.  
 11. מרשית a principio anni. Hof. 9. v. 10. Sicut  
 primitivum in ficu בראשיתה in principio ejus:  
 cum primum maturescunt. Targ. רבאול  
 quod primum maturescit. Prov. 8. Do-  
 minus possedit me ראשית (in) principio viae sua.  
 ellipsis præpositionis in. Amos 6. ראשית  
 & principio aromatum ungentur: præcipuo.  
 1. Sam. 15. Et accepit populus de spolio, oves &  
 boves, ראשית, præcipuum anathematis. Nu-  
 mer. 24. ראשית, præcipuum gentium Amalec.  
 Plur. ראשיות principia. Ezech. 36. v. 11. Et bene-  
 faciam מראשיותכם præ prioribus vestris.

ראשית, & מראשית, & מראשית, quod  
 capiti supponitur seu substernitur, cervi-  
 cal, pulvinar. Inde Plural. ראשיות, & מראשיות,  
 & מראשיות cervicalia. 1. Sam. 26. Et accepit Da-  
 vid hastam & vasculum aquae ראשיות  
 à capitali-

à capitalibus Saulis. cum duplici signo pluralis numeri, in regimine. Jer. 13. v. 18. Quia decidit מראשותיכם capitalia vestra. Targum וְקָרוֹן gloria vestra: dignitas vestra regia. Lxx. ἀπὸ κεφαλῆς ὑμῶν à capite vestro. Legunt מראשותיכם: ob punctorum absentiam. Gen. 28. Et accepit de lapidibus istius loci, & posuit מראשותיו, Targ. צְרִיבֵיהֶם cervicalia sua: sub capite suo.

Syr. רישא praeceps, excellens. Foem. רישא praeceps. רישא capiteus, princeps. רישא principatus, potestas. רישא dominari. רישא à capite, denuo, iterum, à principio.

Arab. ראيس rājis princeps, capitaneus, primarius, nauclerus, nauta, monarcha, portitor, patronus, optimas, summus: Plur. ראيس rajaci, & ראيس capitanei, principes, monarcha. Alcoran. ראيس montes excelsi.

ראיס riāsa principatus, monarchia, dignitas, episcopatus. ראיס muravas capitatus.

ראיס aburas, ראיס biras quibir capito, capite magno praeditus. ראיס patriarcha. ראיס centurio.

ראיס principatum tenuit. 3. Joh. 1. v. 9. Quia cupit, ut ראיס principatum teneat super eos. ראיס enula.

tria significata habet. I. רב & רב magnus, multus, multiplicatus, auctus fuit substantia aut numero. Refertur ad qualitatem & quantitatem, eamque continuam & discretam: opponitur parvo & paucis. Esa. 54. ורב & multiplicabitur pax filiorum tuorum. Psal. 4. A tempore quo frumentum ipsorum, & mustum eorum רבו, Targ. multiplicata sunt. Exod. 23. ורב, Targ. multiplicetur contra te bestia agri. Miltra cum i conversivo. Gen. 18. Clamor Sodomae & Gomorrhæ, quia רבה, Targ. מלתא multus est: Millel. Chald. רב, Syr. אהרב magnificavit. HITHPAEL Chal. אהרב & אהרב magnificatus est. Numer. 16. Quia השתרר, Targ. אהרב principem te facies super nos, etiam השתרר, Targ. אהרב principem te faciendo. Jer. 14. Ne תהרבון, Targ. תהרבון levemini.

Nom. Hebr. & Chald. רב, Arab. rabb multus, magnus: absolute, multum: Plur. רבים multi. Foem. רבה, Chald. רבה multa, multitudo, major pars & multum: Plur. רבות multe. Gen. 24. Etia n pabulum רב, Targ. multum est nobiscum. Exod. 1. Ecce populus filiorum Israël רב, Targ. multus est. Exod. 9. Orate ad Dominum, רב & multum est: sufficit. Deut. 1. לכם, Targ. multum est vobis habitare in monte isto. Lxx. ἀναρῶσιν ὑμῖν sufficiat vobis. Gen. 25. ורב, Targ. & magnus serviet parvo: major minori. Esa. 53. Peccatum רבים, Targ. multorum portavit. Nehem. 7. Et timens

Deum מרבים à multis: sc. diebus. Num. 11. Et percussit Dominus in populo plagam רבה magnam valde. Pl. 62. Non movebor רבה multum. Pl. 120. רבה multum habitavit sibi anima mea: constructum pro absoluto. Deinde, רב, Chald. רבון, Foem. רבון multus, excellens aut peritus in aliqua arte, magister, doctor. Prov. 26. רב magister parat omnia. Jon. 1. Et accessit ad eum רב magister nautarum. 2. Reg. 25. Nabusaradan רב magister laniorum. Esth. 1. Et omnem רב magnatam domus suae principem. Esa. 19. Et misit illis servatorem ורב & magnatam: magistrum. Job. 32. Non רבים magistri sapiunt. Lxx. μακροχρόνιοι longevi. sequitur enim: & senes intelligent. Targ. רב רבא domini: magnates. Chal. Gen. 21. Et Pichol, Targ. רב princeps exercitus ejus. Gen. 23. נשיא אלהים, Targ. רבא רבא magistraus, & רבא רבא & רבא Rabb, & רבא magister: gradus dignitatis. Dicebatur autem רבא qui per impositionem manuum sapiens declarabatur. רבא, Chald. רבא magistri nostri: doctores nostri. Syr. רבא & רבא idem. Joh. 1. רבא, quod dicitur expositum, μαθησάτε magister. Joh. 20. v. 16. רבא, quod dicitur, μαθησάτε magister. Dominus mundi: Deus.

אוי לר: provincia. R. S. in i. Hofex: va illi provincia sepe-lienti dominos suos: quod bonis mali, aut malis peiores ferè succedant.

רב multitudo: Plur. רבים multitudines. Gen. 27. ורב, Targ. וסניאיה & multitudinem frumenti. 2. Paral. 9. Et aurum לרב ad multitudinem. pro quo habetur, 1. Reg. 10. רבא multum valde. Job. 4. ורב & multum ossa mea concussit. Lxx. ὑπερβαλὼν & magnopere. Deut. 7. Non מרבכם propter multitudinem vestram pra omnibus populis. Targ. מרבאין אהון propterea quod multi vos estis. Hof. 8. Scripsi ego ipsi תורת רבא multitudines Legis meae.

רבא, Arab. myriads, decem millia: Plur. רבבות, Chald. רבון & רבון, Arab. myriades. Deut. 32. Et duo fugabunt רבבה decem millia. Pl. 3. v. 7. Non timebo עם מרבבות à multis myriadibus populi. Ingentem numerum denotat: sicut Latinis sexcenta. Targ. מרבבות à lite populorum. Respexit ad רבא litigavit, rixatus fuit. רבא & רבא idem. Duale רבבות, Chald. רבבות bis decem millia: Plural. רבבות myriades.

Inde Verb. Piel רבב decem millia produxit. Pl. 144. v. 13. מרבבות multis myriadibus producit in plateis eorum.

Rabb. רבב ut plurimum, plerumque. לשון plurale masc. לשון רבבות plur. foeminiuum.

Syr. רבב plus, magis. Bbbb Arab.

Arab. רב rabb dominus. Alcor. אללה רבי A  
 רב אלסמאח ואלאר. Dominus seculorū. רב עאלמין  
 Dominus caeli & terra. רב אלכית rab albeith do-  
 minus domus, paterfamiliās, her°. רב רבנא rab-  
 bana dominus noster. רב כל שי dominus omnis  
 rei. Plur. ארבאב arabab: dual. רבין domini. רב  
 dominus dominorum. Foemin. רבה  
 rabba domina. רבנות dominatio.

רב rabb Deus vivus & verus.

רב רבנא rabbeni divinus: Plur. רבאניו rab-  
 banijn divini. Foem. רבאניה divina. רבא  
 rabbama saepe.

רב רבוב rabib privignus, filiastrer, filia mea ma-  
 ritus. Plur. ארבאב filiastrer. Foem. רבית rebi-  
 ba filiastra.

PROPR. רבה Rabba, metropolis Am-  
 monitarū, nunc Philadelphia: à Ptolemæo Phi-  
 ladelpho. Deut. 3. ברכת בני עמון in Rabba filio-  
 rum Ammon. Inde Rabbath. Lxx. ἐν τῆ ἀκροῦ  
 in cacumine. Legerunt רמה excelsum: ob  
 cognationem. Jer. 48. בנות רבה filia Rabba.  
 Sunt villæ Rabba urbis Moabiticæ. E-  
 zech. 25. v. 5. Et dabo רבה Rabba habitationem  
 camelorum.

II. רב jaculatus est, jecit, projecit arcu, sagittavit.  
 Gen. 49. v. 23. Et exacerbarunt eum ורב ורב  
 jaculati sunt. Targ. ונקמוהו & vindicarunt eum.  
 Lxx. καὶ ἐλοιδόρασαν, Hier. & iurgati sunt. Ac-  
 ceperunt pro רוב litigavit. Hoi non corre-  
 xit. Pl. 18. v. 15. Et misit sagittas suas, & dissip-  
 avit eos: & fulgura רב jaculatus est, & turbavit  
 eos. Cum camets, ob Rebia distinguens.

NOM. רב jaculator, sagittarius. Plur. רבבים  
 sagittarij. Jer. 50. v. 29. Convocate contra Baby-  
 loniam רבבים jaculatores seu sagittarios omnes cal-  
 cantes arcum. Job. 16. v. 13. circumibunt seu cir-  
 cumdabunt contra me רבביו, Targ. רבביו sagitta  
 ejus. Sicut qui jaculantur sagittas ad leo-  
 pum undiq;

רבבים stilla pluvia, quæ sagittarum in-  
 star in terrâ decidunt in Octobri seu Au-  
 tumno: מטרו חוק. Deut. 32. v. 2. & Mich. 5. v.  
 6. ורבבים & sicut stilla super herba. Targum  
 וכוסיס מלקושא & sicut stilla pluvia sera. Jer. 3.  
 v. 3. Et prohibita sunt רבבים, Targ. רבבים stille,  
 & pluvia sera non fuit: pluvia descendens in  
 Marhesvan. Mich. 5. v. 6. Lxx. habent: ὡς  
 ἄγρες sicut agni. at pavides est gutta: pavides seu pa-  
 vides gutta, stilla.

III. Arab. רב robb densum, succus: Plur. רבוב  
 & רבוב succi. in Avic. אלו רבוב אלהאמצה succus  
 acetosa. רב אלסוס rob allus succus liquiritia.  
 Succus fructuum, ignis calore condensa-  
 tus, ut asservari possit.

רב ראיב raib lac coagulatum.

רבב. Rabb. רבב ordinavit, unum super altero posuit.

רבבנא edificium. מרבנא של אבנים edificium seu  
 ordo lapidum super se invicem positorum.

רבבנא genus preciosi lapidis.

Syr. רבבנא connexiones & commissurae, in co-  
 nopis & tabernaculis.

רבב. רבב stravit lectum, ornavit. Prov. 7. מרבבים  
 רבבתי, Targ. רבבתי stragulis stravi le-  
 ctum meum.

NOM. רבב, Arab. רבב turbid ornamentū  
 colli & gutturis, torques. Gen. 41. Et posuit  
 רבבתי, Targ. רבבתי torquem auri su-  
 per collum ejus.

רבב stragulum: Plur. מרבבים stragula, qui-  
 bus insternuntur lecti. Prov. 31. מרבבים,  
 Targ. רבבתי stragula fecit sibi.

רבב scarificatio, incisio cutis ad  
 extrahendum sanguinem cucurbitulis.

רבב pavementum, statua.

Arab. רבב rabad pagus, vic°, suburbium, par-  
 ochia: Plur. ארבאר pagi, suburbia, parochia.

רבב duo significata habet. I. רבה, Chald. רבב  
 multiplicatus, magnificatus, evectus, auctus, nu-  
 tritus, educatus fuit, crevit. Gen. 1. v. 22. Et avis  
 רבב, Targ. רבב multiplicetur in terra. 2. Par. 24.  
 v. penultimo: רבב scribitur pro רבב & mul-  
 titudo oneris ( prophetiæ ) super ipso. legitur  
 רבב multiplicabitur. Et quàm multiplicata  
 fuerit prophetia. Gen. 2. crescite ורבבו, Targ.

רבבו & multiplicamini. Job. 33. v. 12. Quid ורבבו  
 רבבו, Targ. רבבו magnificabitur Deus pra homine?  
 exaltabitur. Deut. 8. v. 13. ורבבו multiplicabū-  
 tur. pro רבבו Chald. Genes. 27. ורבבו, Targ.

רבבו & crescebat puer. Piel רבבו, Chald. רבבו  
 multiplicavit, magnificavit, exaltavit, evexit ad  
 honorem & dignitatem, auxit, nutrit, e-  
 ducavit. Pl. 44. Nec רבבו multiplicasti in precijs:  
 auxisti precia eorum. Jud. 9. רבבו multiplica  
 exercitum tuum: auge. Targ. רבבו ordina: in-  
 strue. Ezech. 19. In medio leuncolorum רבבו  
 educavit pullos suos. Thren. 2. Quos palmis tra-  
 ctavi, ורבבו & educavi. Chald. Esa. 61. v. 1.

Propterea רבבו unxit me Deus. Targ. רבבו ma-  
 gnificavit: evexit. Psal. 2. Ego autem רבבו un-  
 xi regem meum. Targ. רבבו inauguraui. Arab.  
 1. Tim. 5. v. 10. Si רבבו educavit liberos. Eph. 6.  
 v. 7. Sed רבבו educate eos in disciplina. Alcor.

רבבו sicut educavit me parvulum.  
 רבבו rabbi nutrit, educavit. ארבא atrabba  
 nutritus, educatus fuit, crevit. רבב pueritia:  
 Plur. תרבי tarabi. רבב murabbi alumn°.

רבב rabbaja nutrix. Hiph. רבבה, Chal.  
 רבבה, idem quod רבה. Gen. 3. vers. 16. רבבה  
 רבבה, Targ. רבבה אסנאה אסני. multiplicando multi-  
 pl cabo dolorem tuum: infinitivus praterito  
 similis in ultima. Esa. 55. רבבה multiplicabit  
 ignoscere: multum ignoscet. 2. Sam. 14. v. 11.

רבבה & nutrit, educavit. ארבא atrabba  
 nutritus, educatus fuit, crevit. רבב pueritia:  
 Plur. תרבי tarabi. רבב murabbi alumn°.

רבב rabbaja nutrix. Hiph. רבבה, Chal.  
 רבבה, idem quod רבה. Gen. 3. vers. 16. רבבה  
 רבבה, Targ. רבבה אסנאה אסני. multiplicando multi-  
 pl cabo dolorem tuum: infinitivus praterito  
 similis in ultima. Esa. 55. רבבה multiplicabit  
 ignoscere: multum ignoscet. 2. Sam. 14. v. 11.

רבבה & nutrit, educavit. ארבא atrabba  
 nutritus, educatus fuit, crevit. רבב pueritia:  
 Plur. תרבי tarabi. רבב murabbi alumn°.

רבב rabbaja nutrix. Hiph. רבבה, Chal.  
 רבבה, idem quod רבה. Gen. 3. vers. 16. רבבה  
 רבבה, Targ. רבבה אסנאה אסני. multiplicando multi-  
 pl cabo dolorem tuum: infinitivus praterito  
 similis in ultima. Esa. 55. רבבה multiplicabit  
 ignoscere: multum ignoscet. 2. Sam. 14. v. 11.

רבבה & nutrit, educavit. ארבא atrabba  
 nutritus, educatus fuit, crevit. רבב pueritia:  
 Plur. תרבי tarabi. רבב murabbi alumn°.

Recordetur, quæso, rex Domini Dei tui, מהרבות ne A  
 multiplicet assertor sanguinis לשחח perdere, nec  
 perdant filium meum. Targ. בריל לאסנאה ארחה  
 בריל לקים גואל propterea ut multiplicetur via corā vin-  
 dice. HIT HP. Syr. אחרבי educatus fuit. Luc. 4.  
 ubi אחרבי educatus fuit. Ara. אחרבי multiplicatus  
 fuit. Pl. 144. ויחרבון & multiplicabūtur in plateis.

NOM. מרבה, Foem. מרבה multiplicatio, ma-  
 gnitudo. Esa. 9. לפרכה המפרשה multiplicationi do-  
 minationis & paci nullus finis. Masoritæ notāt  
 למרבה legendum esse. ס clausum indicat  
 regnum Christi, de quo hīc agitur, intra  
 limites Terræ sanctæ seu populi Judaici  
 conclusum, fore ut multiplicetur inter  
 gentes. Lxx. אחרבי & sanitatē ipsi.  
 Acceperunt pro למרפא, אחרבי sanavit: obli-  
 terarum כפ similem sonum. Ezech. 23. v.  
 32. מרבה multiplicatio (aut multus) להכיל ad  
 capiendum. refertur ad præcedens כוס calix;  
 qui erit magnus, ut multū capere possit.

הרבה & הרבות multum adjectivè, substan-  
 tivè & adverbialiter: infinitivus loco no-  
 minis. Gē. 15. Ego clypeus tibi, merces tua הרבה,  
 Targ. הרבה multa valde. Jer. 42. v. 2. Quoniā reli-  
 cti sumus parum מהרבה de multo. Prov. 25. Ede-  
 re mel הרבות multū, non bonū. 2. Reg. 10. Achab  
 coluit Baal parum, Jehu colet eum הרבות multum.

מרבית multitudo, major pars. 2. Par. 9. Et ecce  
 non est mihi nunciatum dimidium מרבית multi-  
 tudinis sapientia tua. 1. Par. 12. v. 29. מרביתם  
 multitudo eorum custodiunt custodiā domus Sau-  
 lis: multi ex illis. ¶ Deinde, גידול educatio, nu-  
 tritorum & educatorum cætus, alumni, qui do-  
 mi aluntur & educantur, alumnus, progenies.  
 Jun. soboles. 1. Sam. 2. v. 32. Et omnis מרבית e-  
 ducatio domus tua, morientur viri: quotquot  
 domi tuæ educati fuerint.

הרבות idem. Num. 32. v. 14. Ecce surrexistis  
 pro patribus vestris הרבות educatio hominum pec-  
 catorum: soboles. Targ. הרבות הלמירי. Lxx.  
 οὐσπερ αἰμα agmen, commissio. Pisc. ein hauff jündi-  
 ger Menschen. ¶ Tertiò, usura, quæ est pecu-  
 niæ multiplicatio, sicut Græcis τὸ κέρδιον qui-  
 dam pecuniæ partus, fænus. Lev. 25. v. 37.  
 ובמרבית, Targ. ובמרבית & in usura non dabis  
 cibum tuum.

הרבית, Chald. רבית, Syr. רבין, Arab. רבא ri-  
 bi idem. Prov. 28. מרבית multiplicans substantiā E  
 suam כנשך ובחרבית cum fænore & cum usura. u-  
 bi etymologia exprimitur. Ezech. 18. In  
 fænore non dabit, ובחרבית & usuram non accipiet.  
 Chald. Deut. 23. v. 21. Non תשיך, Targ. הרבית  
 fænore dabis fratri tuo נשך, Targ. הרבית fænus ar-  
 genti, נשך, fænus cibi, נשך, Tar. הרבית fænus  
 rei, quæ ישיך, Targ. הרבית fænore datur. Ho-  
 die Judæis רבית ribis usura.

Arab. ארכבי fænerator, usurarius. ארכבי

bi fæneravit, fænore dedit.

ארבה locusta, quæ magna multitudine  
 volitat. Jer. 48. Quia מרבה רבו multiplicati  
 sunt pra locusta: nec ipsis est numerus. Jud. 6. Et  
 veniebant sicut ארבה locusta in multitudine. Pl.  
 109. Excussus sum בארבה sicut locusta: ex uno  
 loco in alterum pellor, sicut locusta ex u-  
 na sepe in alteram. Lev. 11. Hæc autem ex illis  
 comedetis הארבה, Targ. הארבה locustam juxta spe-  
 ciem suam. Apud Africanos, Syros & Perlas  
 in cibum recipiuntur locustæ, quæ carent  
 alis. Elixis vescuntur Arabes, tostas etiam  
 redigunt in pollinē. Clenardus in Epist.  
 de Mauritania Phæsa: Hoc anno nobis cum lo-  
 custis res est, quæ multis in locis omnia fata devo-  
 rant: vidisses nuper cælum totum obductum agmi-  
 nibus locustarum. Ulescuntur rustici, ut possunt. nā  
 saccos plenos locustis in foro venditant. Nam hoc  
 genus hostium hic mos est comedere.

Rabb. מרבית multitudo, pluralitas, Numerus plu-  
 ralis. ארכבי מרביות rami magni.

Chal. רבי, emphat. רביא puer, qui crescit,  
 educatur: Plur. רובין pueri. Esa. 9. ילד רבי,  
 Tar. רבי puer natus est nobis. Gen. 37. Et ipse e-  
 rat נער, Targ. רבי puer cum filijs Zilpa.

מרבית pueritia: Plur. רובין pueritia.  
 רבית puella: Plur. רובין puella.  
 ארכבי nutritius, qui educatur. ארכבי e-  
 ducatus fuit.

מרבין מרבית nutritius. ארכבי מרבית nutritix. ארכבי  
 educatio.

Arab. ארכבי incrementum. ארכבי רבו asthma.  
 ארכבי מרבית condita. ארכבי מרבית conditus: à רב rob.

II. רב, sicut רבב, jaculatus est, sagittavit. Gen. 21.  
 v. 20. Et habitabat in deserto, & erat רב, Targ.  
 רבב jaculās arcu: projiciēs sagittas arcu. Lxx.  
 ῥαββὸς sagittarius. Hier. juvenis sagittarius. Ac-  
 cepit pro Chaldæo רבב puer, juvenis.

Chald. רבב jaculator. ארכבי Rabb. רבב קשה  
 jactus arcus.

רבח Arab. רבא rabah lucratus fuit, lucrifecit, lu-  
 cro acquisivit, questum fecit, melioravit, impetra-  
 vit, meritis est, demeruit. Matth. 16. v. 26. Quid  
 proderit homini לו רבא אלעאלם בלה si lucratus  
 fuerit mundum universum. Matth. 25. v. 16.  
 & lucratus fuit quinq. libras seu  
 talenta. Ibid. Ecce alia quinq. talenta lucrata  
 sum. 1. Pet. 3. v. 1. ירבחונתם lucrifaciant eos  
 absq. sermone. 1. Cor. 15. v. 3. Non ארכבא lucrabor  
 quicquā. 1. Cor. 10. v. 22. לארכבא ut lucrer infir-  
 mos: acquiram. Act. 36. v. 2. Et ירבחא questum  
 præbebit operarijs.

NOM. מרבח, & מרבחא lucrum, questus, u-  
 sura, utilitas, impetratio. ארכבא lucra.

מרבחין marbuh impetratus: Plur. מרבחין  
 marbuhin impetrati.

רבב Arab. רבב rabat ligavit, alligavit, vincivit,  
 Bbbb 2 cinxit,



Nom. רביע. Syr. רביע. ver. רביע in vere. A  
רביע vernalis.

רבע rabe herba, faenum. רבעו raba  
alchotaf herba hirundinis, chelidonium.

רבעו duo significata habet. I. רבעו cubuit, accu-  
buit, decubuit, jacuit: proprium animalium  
quadrupedum. Gen. 49. v. 9. Incurvavit se,  
רבעו accubuit sicut leo. Esa. 14. v. 30. Et pauperes  
secure רבעו cubabunt. Targ. וישון habitabunt:  
Metaphora. sicut oves in deserto pascen-  
tes absq; metu. Esa. 11 v. 6. Pardus cum haedo  
רבעו cubabit. Targ. וישון habitabit. Zoph. 2. v.  
7. In vespera רבעו accubabunt. Targ. וישון per-  
noctabunt. Lxx. καταλυσσω. Ibid. ורבעו &  
cubabunt in medio ejus greges. Targ. וישון &  
habitabunt. Gen. 4. Ad januam peccatum רבעו  
cubat. Targ. in Eccles. 10. ad musca  
morfis ויצרא בישא רשקן על חרעי לבא: & figmen-  
tum malum, quod cubat ad portas cordis. Deut.  
22. Et mater רבעו cubans super pullis, aut super  
ovis. Hiphil רבעו cubare fecit, stravit, funda-  
vit. Psal. 23. In pascuis graminosis רבעו faciet  
me cubare. Ezech. 34. Ego pascam oves meas, &  
ego רבעו cubare eos faciam. Absolutè: Cant. C  
1. ubi pascas, ubi רבעו cubes in meridie. Pastor  
pascit oves usq; in meridiem: postea in  
meridie eas cubare finit. Esa. 54. v. 11. Ecce  
ego רבעו cubare facio super sibus lapides tuos.  
Targ. כבש sterno.

Nom. רבעו, מרבעו, מרבעו cubitus, accubi-  
tus, cubile: locus ubi ferè cubant. Ezech. 25.  
Et filios Ammon למרבעו in cubile ovium.  
Targ. לבית משרי in domum habitationis.

Rabb. מרבעו praesides Academiae, qui  
multos habent discipulos in Talmud. D

II. Rabb. המרבעו conspergit aqua. Talm. המרבעו  
אשה qui spargit aquam in medio domus sua.  
חכמה מוכחצת ביחה בשבת mulier sapiens spargens  
aquam in domo sua in Sabbatho.

רבעו. Inde מרבעו locus, ubi faginantur vi-  
tuli, faginarium, aut faginatio. I. Sam. 28. Et  
mulieri erat vitulus מרבעו faginationis. Targum  
pinguis. Jer. 46. Mercenarij ejus, in medio  
ejus, sicut vituli מרבעו, Targ. רבעו faginationis.  
Qui sunt in domo faginationis, edunt, bi-  
bunt, non egrediuntur ad bellum.

Chald. רבעו faginatio.

Rabb. רבעו faginavit, pinguefecit, farcivit.

רבעו. Arab. רבעו luxus.

רבעו duo significata habet. I. Chald. & Syr.  
רבעו: Piel רבעו desideravit, concupivit, appe-  
tijt. Psal. 102. אנה, Targ. רבעו desideravit  
eam ad habitationem sibi. Job. 14. Ad opus ma-  
nus tuae רבעו, Tar. רבעו desiderabis. Syr. Act.  
20. Et vestes non רבעו desideravi. Rom. 7. v. 7.  
Non רבעו concupisces. רבעו concupiscibilis.

Pasf. Syr. רבעו desideravit. Matth. 13.  
רבעו desiderarunt videre.

Chald. רבעו persuasit, seduxit. Pl. 78. v. 36.  
רבעו, Targ. וישנגנון & seduxerunt eum.

Nom. רבעו, רבעו, רבעו, רבעו  
desiderium, ingenium. Plur. רבעו desideria.

רבעו simplices, qui facile persuadentur,  
fatui. רבעו desiderabile.

II. Arab. רבעו. Inde רבעו commotus fuit.  
Matth. 21. ארתנה אלמינה כלהא commota est  
civitas tota. Matth. 24. Virtutes caeli רבעו com-  
moventur. Joh. 11. v. 38. וארתנה יסוע פי נפסה  
& commotus fuit Jesus in anima sua: tremuit.  
Pl. 2. Quare רבעו commota sunt gentes? fre-  
muerunt. רבעו tremuit tremore.

Nom. רבעו fortior, potentior: in Avic.

רבעו in רבעו vide.

רבעו. Inde Nom. רבעו gleba terre: Plur. רבעו  
partes terræ coherentes, gleba. Sunt scif-  
suræ aut rimæ terræ ex calore & pluvia.  
Job. 38. v. 38. רבעו & gleba cohærescent: con-  
densabuntur. Sunt partes pulveris in va-  
poribus, supra in aère. Job. 21. v. 33. Dulces  
fuerunt ipsi רבעו gleba alvei. Targ. רבעו  
gleba. Lxx. αλμικες silices.

רבעו. Arab. רבעו ragda planicies aqua: Plur. רבעו  
ragdit planicies aquarum.

רבעו. Syr. רבעו, idem quod רבעו, desideravit, concu-  
pivit. Marc. 5. רבעו ut concupiscat eam.

Arab. רבעו ragi: Pasf. רבעו atragi fudit,  
confidit, securis fuit, speravit, expectavit. Pl. 33.  
Anima nostra רבעו expectavit Dominum. Pl. 40.  
Expectans רבעו expectavi Dominum. Psal. 37.  
Qui verò רבעו expectabunt Dominum. Psal. 22.  
רבעו expectarunt te. Psal. 37. רבעו expecta Domi-  
num. Ephes. 1. v. 12. ורבעו & speravimus in  
Christo. Psal. 69. רבעו spera in Deo. Psal. 145.  
Oculi omnium in te רבעו sperant. Matth. 11. v.  
3. רבעו aut expectabimus alium? Luc. 2.  
רבעו expectabat consolationem Israelis. Alcor. A-  
ran. ורבעו אליום & sperate diem po-  
stremum.

Nom. רבעו ragi fiducia, spes. רבעו spes ve-  
stra. קלה רבעו calil arrage desperans.  
cillat rage desperatio.

רבעו. Chald. & Syr. רבעו motus, commotus, con-  
citat<sup>o</sup> fuit corpore vel animo. Corpore, tremuit,  
cōtremuit, trepidavit, pra metu aut ira: sede vel  
loco motus fuit. Animo, pavit, expavit, metu-  
it, timuit, perturbatus, iratus, indignatus, rixatus  
fuit, doluit. De corpore: Esa. 14. v. 9. Infer-  
nus desubter רבעו, Targ. רבעו commotus est in oc-  
cursum adventus tui. I. Paral. 17. Et ponam lo-  
cum populo meo Israel, & habitabit sub eo, seu  
in loco suo, nec רבעו movebitur amplius. De ani-  
mo, pavere, expavescere; Exodi 15.



**A** רגיל, Chal. רגיל, Rabb. רגיל, Arab. ra-gil pedes, pedibus incedens, pedester, miles pedestris: P Lur רגיל, Chal. רגיל, Arab. rigila pedites. Exod. 12. & profecti sunt, ex Raemes in Succot, circiter sexcenta millia רגיל, Targum רגיל נכריה pedites. 1. Sam. 4. v. 10. Triginta millia רגיל pedum. Lxx. τριακῶντα ὀκτακῶντα ordinum. Legerunt רגיל vexilla: ob similitudinem. Jerem. 12. Sicum רגיל pedibus cucurristi, & defatigarunt te, & quomodo inflammaberis cum equis.

רגיל fullo, qui pedibus suis calcat vestes laneas, cum lavat seu præparat eas. quod est argutari pedibus: quando telam laneam rudem subigunt, pedibus subsultando itentidem. 2. Sam. 17. v. 17. & Jonathan & Achimaaz stabant in fonte רגיל, Targum קצרא fullonis. In quo fullones lavabant vestes. 1. Reg. 1. v. 9. Qui est juxta fontem רגיל fullonis.

רגיל pedes: vel quicquid est infra ad pedes. Ruth. 3. & deteges רגיל, Targum רגיליהויה pedes ejus, & cubabis. Ibidem. Et ecce mulier cubans (juxta רגיליהויה pedes ejus.

**II.A** רגיל fit Verbum רגיל, idem quod רכל, detulit, detraxit, obtrectavit, sefellit: vel quod explorator pedibus obambulat de loco in locum: quod hinc inde discurrit deferendo vel explorando: vel literis רגיל permutatis. Psalm. 15. v. 3. Qui non רגיל, Targ. אכל רגיל detulit super lingua sua. Lxx. ἔφαθ' ἐπὶ τῆς γλώττης. Piel רגיל: quando de persona dicitur. 2. Samuel. 19. & detulit in seruo tuo ad dominum meum regem. Targ. ויאמר על עכברך & dixit contra seruum tuum רגיל, Targ. ויאמר על עכברך. Lxx. ἔφαθ' ἐπὶ τῆς γλώττης. ¶ Quando verò de loco dicitur, exploravit. Deut. 1. & explorat eam. Jos. 7. v. 2. Ascendit, & רגיל, Targum & explorat terram: Et ascenderunt viri רגיל, Targum & explorarunt. Si. Hiphil. רגיל duxit, deduxit, direxit ad incedendum, assuefecit. Græcis ἄγω duco, assuefacio. Hof. 11. v. 3. deduxi Ephraim. Targum רגיל בארחה קנא deduxi in viarecta: Eduxi eos ex Aegypto pedetentim sine labore: sicut puer assuefecit ad incedendum. ה pro ה Hiphil. Aut verbum formatum à nomine רגיל: ut ה fiat radicale. Lxx. συνέδραμον colligavi: ligavi pedes. Hieron. quæ si nutritivus fui. Rabb. רגיל assuefecit, consuefecit.

Chald. רגול colligatus, varius circa pedes. Gen. 30. Omne רגול, Targ. רגול ligatum. רגול vitis pedata, fulta: quæ non adheret arbori.

Syr. רגול & רגול torrens, vadum, quod pede transitur.

Rabb. רגיל margarita. רגיל affuetus. Psal. 45. Calamus scribe מהיר רגיל, Targum רגיל exercitati. לטשור. quæ solitus est facere.

רגיל usus, consuetudo. רגיל usitatus. רגיל usitata moneta. רגיל רגיל רגיל conversatio.

רגיל gallus sylvestris. Propr. רגיל idolum, figura: 2. Reg. 17. v. 30. Arab. רגיל אלגרא רגיל ragal algitrid pes locustæ. רגיל אלגרא רגיל ragal algorab pes corvi: in Av. רגיל רגיל רגיל ragila porulaca. רגיל רגיל רגיל ragel columna, fulcrum adificij.

**B III.** Rabb. רגיל pedidit, pedes texit, purgavit ventrem, evacuavit.

רגיל foramen ani, podex. IV. Arab. רגיל ragil vir, maritus, homo: P L רגיל רגיל & רגיל rugul viri, homines: Dual רגיל רגיל, Alc. רגיל רגיל duo viri.

רגיל rigili virilis. רגיל רגיל birugla viriliter. רגיל deflijt ad pedes.

**C** רגם duo significata habet. I. רגם, Chald. & Syr. רגם, Arab. רגם ragam obruit lapidibus, lapidarvit, undique multitudine lapidum obtexit. Levit. 20. v. 27. באבן רגם lapide obruent eos. Targum באבן רגם lapide jacent eos. Deut. 21. ורגם, Targ. & obruent eum omnes viri urbis ejus באבן, Targum באבן רגם lapidibus. Et sine אבן addito: Levit. 24. ורגם, Targum & lapidabunt ipsum totus cætus. Chald. Exod. 8. & non רגם רגם lapidabunt nos. Targum. Cogitabunt רגם רגם lapidare nos. Syr. Marc. 12. רגם רגם רגם רגם lapidarunt eum. Joh. 9. Tulerunt lapides רגם רגם ut lapidarent ipsum. Matth. 23. רגם רגם ad te missos. Hebr. 11. v. 37. רגם רגם lapidati sunt. Arab. Mat. 21. v. 35. רגם רגם רגם רגם lapidarunt aliquos. Johan. 6. רגם רגם lapidetur. Act. 27. v. 19. רגם רגם lapidarunt Stephanum. Rals. Chal. רגם רגם, Syr. רגם רגם lapidatus fuit. Chal. Exod. 19. v. 13. רגם רגם רגם רגם סקול יסקל, Targ. רגם רגם רגם רגם lapidando lapidabitur. Syr. 1. Corinth. 11. v. 25. Somel רגם רגם lapidatus sum.

Nom. רגם, Foem. רגם collectio, congregatio, cætus. Psalm. 68. Principes Juda רגם רגם collectio eorum.

רגם acervus, cumulus lapidum. Prov. 26. Sicut scrupulus lapidis במרגם in acervo. Targ. רגם רגם רגם רגם qui volat in funda. Lxx. ἐν σφενδόνῃ in funda.

רגם purpura. Chald. רגם רגם ligna connexa, rates.

Rabb. רגם רגם lapidatio, supplicij genus. Lapidabantur autem, 1. Incestuosus, accedens ad matrem, patris uxorem, filij uxorem, puellam desponsatam, masculum, jumentum. 2. Blasphemus. 3. Idololatra, of-



ferens de semine suo idolo Molech. 4. A  
Violans Sabbathum. 5. Maledicēs patri  
aut matri. 6. Impellens seu incitans ad  
idololatriam. 7. Filius immorigerus.

Alc. מרנום lapidatus.

II. Chald. תרגום, Arab. targam *exposuit  
per aliam linguam*, ex una lingua in aliam  
translulit, interpretatus est liberius, quæ  
dam mutando aut etiam addendo, decla-  
